

EPICEDIA

In Obitum

Viri

Reverendi, Doctissimi, Clarissimiq;

Dn. FABIANI Röricht

in Æde Elisabetanâ apud
Vratislavienses

ARCHIDIACONI ET SENIORIS

multò fidelissimî meritissimiq; ,

Ann. Christi cl. lxx. XLV.

a. d. V. Calend. Decembr.

anno autem ætatis LXIII currente,
rebus humanis exempti,

&

a. d. III. Non.

Christiano honoratissimoq; ritu
sepulti.

BRESLÆ exscripsit GEORGIUS BAUMANNUS.




Eusebien toties terris migrâsse
relictis
Audivi ad superas, regna beata,
plagas.

Audivi; at lusus fateor, non vera putavi
Famina, RÖRICHTO nunc abeunte puto.
Aurea crediderim fore, quæ nunc ferrea, tales
Si dederint plures, posthuma secla, Viros.
JOVA Pater similem præconem suffice nobis,
Dogmate qui sacro, qui pietate valet,
Tu vero placidè sub tumbâ, Mysta sacrate,
Pausa, lux major restat agenda tibi.

*Memoria pientissimi Viri
dedic.*

ANANIAS Weber D.



Aufoniâ fuerat Præsul novus Urbe creandus, Euseb.
Cui mandaretur primaria cura sacrorum. lib. 6.
Jamq; chorus Fratrum celebri confluxerat adede, Histor.
Inquirens aliquem prælustri è gente virorum, Eccl. 6.
Cui tanti decus officii adsignaret onusq;. 28.
Coetu etiam præsens aderat FABIANUS in illo,
Vir pius, ac minimè clarus, quem nemo putaret,
Laturum eximia tam splendida puncta corona.
Et tamen obtingunt, cui debebantur, honores.

Aëra

Aëra per placidum delapsa adstantis in ipsos
Blanda nimis visa est fluxisse columba capillos.
Cælitus hinc hominem, signo commota repenti,
Concio tota putat, solium ad præsigne vocari,
Utq; putat, sic porrò etiam mora nulla, per ipsam
Quo minùs adscendat sedes FABIANUS honoras.

RÖRICHTI FABIANE, decus sacri ordinis ingens,
Et collegarum nunquam spernenda voluptas;
Non te Roma suo gavisa est Præsule: fidum,
Ceu fas, est mystam pia te venerata Budorgis:
Nec memorare queam de te miracula columbæ,
Queis præsci pietas FABIANI innotuit orbi.
Id tamen affirmare licet, te dogmate sano,
Moribus atq; piis, atq; ipsa deniq; morte,
Ingenium suavis solidè expressisse columbæ.

Esceis pura legit, volucris purissima, grana,
Puris gaudet aquis. Ovibus tu pabula Christi
Pura ministrabas: tu vivi pocula fontis
Pura propinabas: non quæ turbata lacuna
Humana rationis habet, cisternave fundit
Hoc illud tradentùm hominum: sed qualia rivis
A limo vacuis per biblica rura vagantur.

Exteriùs plumæ candentis luce coruscat,
Mite cor intus habet sævo sine felle columba.
Et mores, FABIANE, tuos candere benignum
Vidimus: Et cui non tua perspektissima virtus;
Adversus Jovam pietas; in munere cura;
Sobrietatq; omni in victus ratione modesta;

A 2

Egregia

Egregia inprimis placida tolerantia mentis,
Plane ut felle videreris stomachoq; carere?
Paucis. Si veniat crepera in certamina candor;
Spartanus tibi cedat olor, Paphiæq; columbæ,
Eruta Erythræo cedat tibi gemma profundo.
In varios olim solitâ quæ sede columbæ
Exierant pastus, si tempestatibus atris
Exortis, cæco misceri murmure cælum
Incipiat, nigræq; obducant sidera nubes,
Confestim cedunt agris, repetuntq; domorum
Culmina celsa, cavis aut sese rupibus abdunt.
Quid mentis, *FABIANE*, tibi fuit hæc tenus, hæc
Cum belli tempestates, orbisq; ruinas,
Cervici nostræ non impendere sed omni
Jam dudum regno dirum sævire videres?
Cum Psalte optabas: Mihi quisnam commodet alas
Præpetis, ut volitem super astra corusca, columbæ?
Astra petam pennis, tutâq; in sede quiescam, (Pl. 55.7.)
Nil ubi pertimeant aquilâ veniente columbæ.
Vota representat toties tibi fusa *JEHOVA*,
Marcentiq; tuam seclusam corpore mentem
Evocat in cælos, securâ ubi videat omnes
Nimborumq; iras, tempestatumq; furores.
Omnibus o numeris jam Te, *FABIANE*, beatum,
Supremæ gaudere licet cui gaudia sedis,
Gaudia non ullis interturbanda periculis!
Qui non voce meâ memorandam vertice gestans,
Quam præcepisti jam cedens orbe, coronam,
Omnipotens

Omnipotens Numen cernisq; canisq; *JEHOVÆ*,
Æthereum Patrem, Natumq; & Flamen, ad amnem
Sacrum quod specie vidit *Baptista* columbæ.

Non minus lugens, quam lu-
bens meritòq; facieb.

M. ELIAS MAJOR P. L. C.
Gymnasii Vratislaviensis *Elisabetani*
Rector & Profesor, cæterarumq;
ibidem Scholarum Inspector.

De fragili calamo *Fabius* qui nomen habebat,
Non faba nec calamus, sed Calaminus erat.
Entheus officio, vitâ bonus & pius; inde
Multis exemplum, delictumq; fuit.
Viribus exhaustus, calamus ceu frangitur aurâ
Flante gravi, morbo concidit, & moritur.
Defunctum meritò luget charissima conjux,
Lugent &, vivum quem coluere, Pii.
In terris famâ vivit, cæloq; Beatus,
Non faba, nec calamus, palma sed alta viret.

Hicce ultimum honorem suo in
Christo Fratri præstat

JOHANN. KUNZMAN Vratisl.
in Ecclesia patria ad D. Mar.
Magdal. Archidiaconus &
Senior.

O miseram hominum sortes! ô flebile fatum!
Sæpius eveniunt votis contraria nostris.

Incolumes quos jure diu, salvosq; precamur,
Non raro funesta dies hos præripit Orbi,
Materies datur unde suis satis ampla querendi.
Dignus erat Noster Fabianus perpete vitâ;
Præco DEI fidus, sacri decus ordinis ingens,
Vir pius, & concors, comis, simul atq; benignus,
Antiquæ virtutis homo, venerabilis Urbi,
Illius ast oculos somnus nunc ferreus urget;
Demissæ frigent palmæ, quas, vota precesq;
Pro nobis fundens, ad sidera celsa tetendit.
Nempe nihil fixo semper pede perstat in Orbe:
Cuncta creata suus manet exitus: Ibimus Omnes.
Sursum corda. Piis post hanc vita altera vitam;
In cælis sine fine quies, sine fine voluptas.
Noster ubi lætus jam victâ morte triumphat.

Ex imo cordis fudit in honorem

Viri laudatissimi

CHRYSOSTOMUS Schulz

Leor. Sil.

Una dies Fabios, Fabianos enecat omnes,
Cum Mors his illis proximat, una dies.
Te, Fabiane, dies equidem postrema necavit:
Ut solet hæc Hominum Natio more loqui.
Verius ad veram Te transtulit ultima Vitam
Lux & Te jus sit luce manente frui.
Nec tamen hic, instar Vatiæ, situs antè fuisti;
Quam Te lux fessum serior enecuit.

Templorum

Templorum sanctos subiisti sponte labores,
Quos Tibi vel Pagus, vel tua Bresla tulit.
Visus es haud dici tantum; sed & esse Sacerdos,
Quem tam dogma pium, quam pia Vita probant.
Hos tales cælo dignantur Numina, mentes,
Quas mera non fuscatur Nox, reverenter habent.
Hos ut obire dolent; ita Successore beari
Donorum parili commoditate vorant.
Par Tibi sit, quisquis fuerit: nec damna queretur,
Quæ modo flet Domini, Te viduata, Domus.
Tu, Fabiane, lævem, Caput oblectabile, Terram,
Quem sibi nemo gravem Cirvis habebat, habe!
Ultimi honoris nec emortui, cum
mortuo, Amoris ergo fac.
M. HENRICUS CLOSIUS
Gymnasii Magdalenzæ Rector.

SICCINE ET NOSTER

FABIANUS ROERICHTT

PLACIDE IN DOMINO OBDORMIUIT?

Αναγγελματικῶς,

Literâ c in e mutata.

ANNE FRATER IN CHRISTO DILECTUS NOBIS
PRÆVIT? IMÒ. O BONI, DE MEDICO.

IN CHRISTO FRATER jam NOBIS ANNE PRÆVIT
DILECTUS noster, dictus Cognomine ROERICHT?
IMÒ jam NOBIS summo moderante PRÆVIT
JHOVÀ, in cælestem Patriam, Requies ubi grata est,
Nec

Nec non flore vigent aeterno gaudia mille,
Anno à Natali proprio qui post duodena
Lustra fuit trinus, non à ter luce Novembris.
O Fratrem nostrum nunc terq; quaterq; beatum.
Nuper vox crebrò resonabat sparsa per auras
Hæcce, BONI ò mecum, Fratres, estote subinde
Soliciti MEDICO DE experto, tollere morbum,
Qui potis est, hic sit vel Chiron, sive Machaon.
At nunc non opus est, ut porrò vox sonet ista;
Sanavit Medicus siquidem cælestis IESUS
Sic Fratrem, ut verè morbo sit liber ab omni.
Ergò iterum nostrum nunc terq; quaterq; beatum
O Fratrem; Faxit DEUS in cælestia Regna,
Ipsam quò tandem benè Nostrum quisq; sequatur.

Memoriæ

Collegæ quondam in Neapoli su-
pra biennium dilectissimi, po-
neb. lugens

JOHANNES TEUTSCHMANNUS,
Ecclesiæ patriæ ad D. Bernhard.
Diaconus Sen.

Prosopopœja ad piè Defunctum
Adfinem suum desideratissimum.

Lux ubi Natalem nuper tibi sacra JACOBI
Rettulit, ò animæ portio magna meæ;
Fundebam lætus toto de pectore grates
JHOVÆ pro vitâ, proq; salute tuâ,

Sexagin-

Sexaginta duos quoniam tunc fidere fausto
Complêras annos, talia vota dabam;
Vita, DEUS, nostra, atq; atas longissima porrò
Adjiciat Vitæ plurima lustra tuæ, Deut 30. v. 20.
Ingredieris magnum nunc Climactera, dolores,
Fataq; qui multis sapè suprema vehit,
Non est quod metuas, Antiquior ille diebus
Te conservabit κλιμακα quò superes. Dan. 7. v. 9.
Hoc fuit in votis nostris, mecumq; vovebant
Uxor, Cognati, hoc ore, animoq; tui:
Noluit aures suâ molli hæc attendere Vota,
— Verum pro placito JHOVA benignus agit;
Æternæ ut posses conscendere regna Salutis
Promouit sanctum, scansilis Annus, iter.
Ut Domino placuit, factum, sit dia Voluntas
Multis à nobis concelebrata modis, Hiobi 1. v. 21.
Vivās cum CHRISTO, Adfinis, sine fine beatus,
Donec nos jungat TER BENEDICTA TRIAS.

Beatæ recordationis ergò

suo Dno Adfini apponebat

CHRISTOPHORUS ALBINUS

Symmysta ad D. Bernhardini.

Qui radiis Verbi patriæ præluxerat urbi,
Æthereo incensus Flamini igne Sacri:
Doctrinæ vero, vitæq; tenore probatus
RÖRICHTUS, crepera ut vespera lucis, obit.

B

Dulcius

Dulcius ut Phœbi lumen solet esse cadentis,
Sic in languidulo corpore vis animæ,
Quæ sibi colluctans, membrorum carcere tandem
Missa, suas repetit, venerat unde, domos.
At, quæ summa manent Doctores præmia Verbi,
His illum gratis gratia dia beat.
Ut nova sidereo niteat ceu Stella ducatu,
Inq; animis patriæ non moritura Pharos.

Venerandi Senis & optimè de Ec-
clesiâ patriâ meriti felic.
Recordationi Pos.

CHRISTOPH. COLERUS.

Sic est: qui docuit VERBI Mytheria Breslæ,
RÖRICHTO, à Calamo Nomen, & Omen erat.
Cernitur ut Calamus virides propè crescere ripas,
Dum per suda Poli perstat, & uda Soli.
Cum Tellus aret, cum mordent frigora Brumæ;
Ut Calamus tandem, qui stetit antè, cadit,
Sic trës, & decies senos qui perstitit Annos,
Nunc frigens, succo deficiente, cadit,
Sed benè! qui cecidit, surgens revirescet in ævum,
Cum reddet cælo Gloria verna suos.
Hic post Ver nos urit Hiems, & frigore lædit:
Illic perpetuum, Ver quod habebit, erit.
Nec sic quasatum Calamum confringit inusu,
Quin fractum reparat, Dextra benigna DEL.

scr.

Honoris, Memoria, & Solatii ergo

M. VALENT. KLEINWECHTERUS.

Cum

CUM Sene qui Nostro, brevis ævi tædia vicit,
Perpetis & seculi prædia tuta tenet,
Est fortunato næ fortunatior omni,
Nos manet orbicolas vis, dolus, atq; dolor.

M. JOH. HANNKE Vratislavia
ad D. Barb. Ecclesiastes.

In Coronam gloriæ, quâ piè Defunctus,
pridiè ejus diei, qui ultimus ipsi in hac mortali-
tate fuit, à Salvatore suo exornari se, oculis
animoq; inter ardentissimas preces tum
maximè vigilantibus prævidit.

Supremum mortis victurus agona propinqua
Cur, Calamine, tibi plaudis utraq; manu?
Scilicet ætheria dum gaudia prospicis aula
Flamine divino pectore plenus ovas,
Et tali flentem compellas voce maritam:
Quid satagis capiti demereserta meo,
Serta, suum quis me famulum jam cinxit Jesus?
En! niteo totus lucis honore novo.
Sancte Senex, non te species deludit inanis:
Quæ speras dudum, dona reapse tenes.
Pulcrampugnasti pugnam, Christumq; secutus
Non dubitante fide sidera victorinis.
Hic jam justitiæ nitido diademate fulges,
Hic Hyperionio clarius igne micæ.
Talia nam capiunt sibi niceteria, multos
Salvificam Christi qui docuere fidem.


B 2

Sed

Sed nos Doctoris finem spectare beatum,
Consimiliq; viâ tendere ad astra iuvet:
Sic etiam nostro post vitam ritè peractam
Imponet capiti cœlica ferta Deus.


Ultimo honoris & amoris officio fa-
torem suum præcipuum pro-
sequens scribebat

M. JOHANNES FECHNERUS.



Excedit sanè FABIANUS tempore in isto,
Quo non fata Boni flere Maliq; decet.
Hic etenim ut cesset jam designare probrosa,
Haut immaturo funere raptus obit.
Ille autem placido fertur super æthera somno,
Ne mala tot porrò sentiat esse super.
Hic dum Mystra tamen nostræ subducitur Urbi,
Lugendi nobis non levis ansa datur.
Nam vivum exemplar recti fuit ille boniq;,
Et docuit pariter ferre mala atq; malos.

MATTHIAS MACHNERUS.



Et me ferre tuo Cineri, FABIANE, suprema
Et tumulum numeris condecorare decet.
Scilicet hoc Doctrina meret, pulcherrima Vita
Hoc meret, immemorem nec finit esse tui.
In te prisca Fides & culta Modestia sedem
Fixerat, & Pietas, Serietasq; precum.

Prome-

Promebas placidas voces, quas tota probabat

Elisabetana sacra Cathedra domus.

Quando salutatus, tecto non tectus abibas

Pileolo: Capitis stabat apertus honor.

Nunquam non gratus devota Breslidos ara;

Sed magis aeterno gratus in axe DEO es.

Aligeris igitur Turmis, spe plenus, Olympum

E vitæ miseris is comitatus agris.

Virtus doctrinæ, vitæ post funera Virtus

Permanet, & Cineri posthumat una tuo.

*

In societate luctus

Archidiacono Elisabetano

THEOLOGO

verè pio, Erudito, modesto

L. M. Q. S.

WOLFGANGUS STIRIUS.

Ergò etiam, Fabiane, sacro defuncte labore,
Coelica regna petens, præmia grata capis.

Hæc tandem & tecum victuris esse parata

Nobis, speramus non dubitante fide.

At nos interea circumstant mille pericla,

Cum Tu sis expers omnis in orbe mali.

Est Tibi parta quies: nobis de corde precamur,

Inq; solo, inq; polo sit maneatq; quies.

Beatum Defuncti obitum piè conside-
rans L. M. Q. S. fac.

COELESTINUS Schröder Vratis L.

in Suburbio ad S. Salvat. Ecclesiastes

& Gymnasii Elisabetani Collega.

Et Te, Sancte Senex, nostris conspectibus aufert,
Parcere quæ nescit, vis truculenta Necis?
Sic est: non vegetat Mens amplius enthea Corpus,
Nec sacras VERBI, Lingua refundit opes;
Non magis imbelles diuo solamine mentes
Mulcet, nec CHRISTUM monstrat, ut ante, Piis.
Idcirco multum Populi sacra Concio luget,
Et data Praeconi funere damna dolet:
Ac similem precibus poscit pia Numina Mystam,
Qui tractet sanctum Religionis opus.
Tu DEUS ergo Virum simili pietate fideq;
Suffice: nam damnum Tu reparare potes.

Collugens faciebat
M. CHRISTOPH. Schulk
Gymn. Magdal. Collega.

Verbi præco fuit Breslâ FABIANUS in urbe
Fidus, vitæ ipsâ nos Pietate docens.
Nunc meritò summam laudum famamq; reportat:
Nomen & illius Musa canora canit.
Pulcrius hinc poterit non esse Encomion, isto:
Hic docuit, vixit, mortuus estq; bene.

Observ. & Cond. E. f.
GEORGIUS Krieschke
Gymnasii Elisab. Coll.

An des S. Verstorbenen
Fr. Wittib.

Wenn des Zeuxis Lehr-gesellen/
Oder Mentoris anhang/
Künstlich vns vor augen stellen
Der Vier Zeiten letzten gang;
Wenn den Winter sie abreißen
In gestalt eins alten Greissen;
Thun sie solchs nicht ohne Grunde/
Oder aus Unachtsamkeit/
Sondern deuten damit runde/
Das des kalten Winters Zeit
Gleich sey einem Alten Leben/
So mit eytel Müß umgeben.
Denn wie jener mit sich bringet
Viel Veränderung der Luft/
Das bald Regen/ Wind eindringet/
Bald der Wolcken schwarze Klufft/
Phæbus widerumb durchfähret/
Mit sein in glantz das trüb verkehret.
Also dieses mit sich führet
Grosse Unbeständigkeit/
Die der schwache Leib oft spüret/
Von zuvor erlidtnem Leidt;
Bald er ganz darnieder lieget/
Bald er neue Kräfte krieget.
Mit dem Winter auch sich findet
Aquilonis rauhe Kält/
Welche

Welche Fluß vnd Wasser bindet/
Vnd all Sommer Lust verstellte.
Auch des weichen Schnees Wolle
Weisset was da Schwarz sein solle.
Alle Baum der grünen Wälder/
Alle schöne Garten Zierd/
Alles Gras der bundten Felder/
Von dem Frost verderbet wird.
Ja der Winter alles tödtet/
Was der Frühling hat erröthet.
Gleicher massen eines Alten
Leib sehr wenig Wärme hat/
Seine Glieder ganz erkalten/
Alle werden Schwach vnd Matt.
Alle Geister liegen bleiben/
Nicht wie vor das ihre treiben.
Sein Haupt wird umbher beschneyet
Mit dem Schnee der Weissen Haar/
Welcher ihme stündlich dreuet/
Daß er ehst muß auff die Bahr/
So oft vnverhofft geschiehet/
Wann der Todt sein Recht vollziehet.
Weil nu diß auch widerfahren
Eurem Herrn / geehrte Frau/
Daß in seinen hohen Jahren
Von des Alters Winter graw
Er ertödt wird / vnd genommen
Von Gott zu der Schaar der Frommen.
Solches

Solches lasset nicht so sehere
Jetzo Euch zu hertzen gehn/
Sondern tröstet euch vielmehre/
Mit dem Englischen gethön/
Vnd den hohen Himmels Freuden/
Da ein End hat alles Leyden.
Welch' jetzt Euer Herr besizet
In dem Schloß der Seeligkeit/
In dem Orth / da Er beschützet
Wird für allem Feind vnd Streit.
Drumb so gönnet Ihm diß Leben/
So GOTT gnädig Ihm gegeben.
Aus mitleydendem gemüthe
gegen die betrübre Fr. Wittibe
Schriebs
M. JOHANN - BALTHASAR CARG
ad D. Elisabeth. Cantor & Collega.

Fabianus Roericht Vratislaviensis Silesius,
Anagr.
In terris servisti IESV labiis: Flos charus. Vana.
Ostius occubuit, post Pollio clarus, & inde
Müllerus carus, jam Fabianus obit.
Inter præclaros proceres Mudrachus, & alter.
Schmidt, Rosa mox clarus dotibus ingenii.
Porro gravis Præses, Musarum cultor & alter,
Johnius atq; bonus mortuus: heu lacrumæ!

Mitis Senfftleben, pius Attelmaer in urnâ
Cum Franco Docto nunc requiescit, ohe!
Sic ided in terris Mors nulli parcit Honori,
Omnia vana cadunt, omnia vana cadunt.
Flos charus Fabianus erat noster quoq; terris,
Quid tum? Mortuus est vir pietate gravis.
Vir Fabiane Tuis labiis Jesu benè soli
Servisti in terris, sed requiescis Amen.
Fidus eras Jesu in doctrinâ. Salvus olympo
Nunc eris æternùm: Surge Deo è tumulo.

PAULLUS THAUMASIUS Collega

Gymnas. Elisab. L. ergò p.

Mollis arundo velut, subitis concussa procellis,
Noctes atq; dies irrequieta manet:
Sic etiam miseri miserum traducimus ævum,
Innumeris pressi nocte dieq; malis.
At calamum fidei fragilem, ne turbine tanto
Frangatur penitus, scit tenuisse DEUS.
Te, Venerande Senex, qui ab arundine nomina ducis,
Ereptum cunctis novimus esse malis.
Semper enim, decet ut, quo vis sub turbine mundi
Mens immota Viri mansit & una fides.
Salve, Sanctorum, Pia Mens, super à addita in ade
Manibus, æternum nunc requieta manes.

Deb. Reverentiæ & Condo-
lentiæ ergò apposui

CASPARUS Hoffmann

Gymnas. Elisab. Collega.

Da liegt mein gänzes All: die Augen sind gebrochen/
Der Senseschalt hat Bein vñ Adern ihm durch-
brochen/

Die Hände sind geschränckt/ der Mund ist schon verblaßt/
Die Füße schon verstarret/ des Körpers werther Gast
Hat seinem Himmel nach hinwider sich geschwungen/
Woher er auch entlehnt. Laß/ Baumgart/ deiner Zungen
Den Zügel wie du wilt/ noch wirstu dennoch nicht
Dem Schmerzen gnüge thun/ der dir das Herze bricht/
Vnd strömig auff dich scheußt. Der Baum ist krumm: ges-
Der vollen schatten gab; der Bruñen ist vertreuget/ (beuget/
Wo Rath vnd That vol: auff; das Dach steht aufgedeckt/
Ach wie wird Saurus nu/ wann er sein Mätlein wecket/
Viel tausend Stürme thun/ wie wird der Unglückß: regen/
Pliß/ Hagel/ Sauff vnd Brauff sich an vns nieder legen
Mit ungezelter Zahl! Hat darauß denn gezielt
Das grosse Steiger: Jahr/ vnd dñsmal auch gespielt
Den alten Wechself: brauch? wiewol/ was will ich schweige/
Des Landes Schulden sind; so Himmel: auffwers steigen/
Vnd steigern alle Noth/ die reißen Leuthe fort/
So seine Pfeiler sind/ vnd schmeissen ober Bort
Das allgemeine Brech. Wenn Loth aus Sodom wecket/
So sieht man/ daß die Stadt ein Schwefel: dampff durch-
streichet/

Der siedend: heisses Harz vnd Flocken von sich geußt/
Vnd alles nieder: wirfft; wenn Noa sich verschleußt/
So kömpt die grosse Flutt; wann Augustin nicht bahnet/
Muß Hippo ubergehn: was dir/ O Breslaw/ ahnet/
Wenn!

Wenn so ein Gottes-Mann sich nach vnd nach verkreucht/
Vnd sporn-streichs von dir weg in seine Heimath zeucht/
Das weiß/ der alles weiß. Ihr seid es nur gewesen/
Herr Körcht: Andre her/die ewre Spuren lesen/
Vnd für den Rieß bestehn. Ihr habt nu obgesiegt/
Da ihr nach vielem Streit die Sieges-fahne kriegt/
So längst schon bengelegt. Jetzt könnt ihr sicher schatwen/
Wie wir/ des Glückes Ball/ noch hier das Elend barwen/
Wie Navors wüster kopff die blanken Schwerdter weßt/
Vnd sein vergiftes Bley ons an die Kehle setzt/
Vñ nach dem herzen greiff/ wie durch das Nord-gethöne
Der dick-geharnschten saar/ so mancher Mutter Söhne
Zu Grabe bluttig gehn/ wie schon Carthagen löst
Von nemem ober ons/ vnd seinen Sebel blößt
Der Blutt-hund von Byzanz: Vnd weñ ihr solches sehet/
So macht ihr/ daß es Gott durchs Vater-herze gehet/
Vnd betet noch für ons. Das minste Theil bleibt hier/
So Asche war vnd wird/ des Gastes edle Zier/
Das theil der Göttlichkeit/ das muß vnd kan nicht sterben/
Wenn dieser Welt-Baw schon im Feuer wird verterben/
Vnd ganz zu drümmern gehn. Wol Euch/ Ihr seid davon/
Wir sollen noch daran/ ja/ oder schwißen schon.

Samuel Baumgartt.

